

INNOCENTIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . . abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus | universis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Meritis sacre vestre religionis inducimur, ut favoris benigni gratia vos iugiter prosequamur, sed in hiis precipue, que noscuntur ad cultum divini nominis pertinere. | Cum itaque, sicut lecta coram nobis universitatis vestre petitio continebat, monachi ordinis vestri ab institutione ipsius soliti sint a prelati ecclesiarum sine aliqua examinatione ad ordines promoveri, nos devotionis vestre precibus inclinati, ut hoc ipsum circa monachos eiusdem ordinis, eis dumtaxat | exceptis, in quibus fuerit notorium crimen vel enorme corporis vitium, a prelati eisdem perpetuis | temporibus observetur, auctoritate presentium duximus statuendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem | hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se | noverit incursurum. Dat. Lugduni V non. martii pontificatus nostri anno sexto.

(B. D.)

149.

Papst Innozenz IV. befiehlt den Erzbischöfen, Bischöfen und allen übrigen Prälaten, die dem Zisterzienserorden vom apostolischen Stuhl gewährten Privilegien, Indulgenzen und Freiheiten sowie die Gewohnheiten des Ordens zu respektieren; es ist ihnen untersagt, die Zisterzienser vor Gericht zu zitieren und sie bzw. ihre Klöster mit der Exkommunikation, Suspension oder dem Interdikt zu belegen.

1249 März 3, Lyon

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 470 (A) — *Provenienz:* Altzelle, Zisterzienserkloster — *Pergament:* 37,1 cm breit, 27,9 cm hoch, Plica 2,5 cm — *littera cum serico* — *Besiegung:* Bleibulle Papst Innozenz' IV. an rot-gelben Seidenfäden (Apostelstempel: wie UB Altzelle I, Nr. 9; Namensstempel Innozenz' IV.: Diekamp, S. 624 f. und Abb. 36–38; Straganz, Beiträge, S. 13, Nr. XII; Serafini I, Taf. I/6; Boüard I, Taf. XLI/2).

Kuriale Vermerke:

Recto: oben, in der rechten Ecke: a
auf der Plica, rechts: .Io. b(e)n.
Verso: oben, in der linken Ecke: A
oben, in der Mitte: p(er)petua

Register: wie Città del Vaticano, A. S. V., Reg. Vat. 21, fol. 180v, Nr. 490 zu 1245 Apr. 27 (R).

Edition: Privilegia ord. Cisterciensis, fol. XXIVv – XXVr zu 1262 Mai 5 — Henriquez, S. 71 f., Nr. XXXVI zu 1262 Mai 5 — Meschet, S. 52 f. zu 1262 Mai 5 — Westphalen III, Sp. 1575 f. zu 1253 Mai 13 — Dreger, S. 258 f., Nr. CLXXII zu 1246 Mai 28 — Liljegren I, S. 342 f., Nr. 374 zu 1250 Jan. 28 — CD Hungariae VII/5, S. 326 f., Nr. CXCH zu 1262 Mai 5 — Reg. de Neubotle, S. 193 f., Nr. 227 zu 1248 Dez. 5 — Dambacher I, S. 184 f. zu (1255) Dez. 7 — CD Pomeraniae I, S. 765–767, Nr. 373 zu 1247 Aug. 31 —